Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



genesis

ca coram te est. tolle eam et proficiscere et sit
uxor filii domini tui sicut locutus est dominus.
Ut cum audisset puer abraham. procidens
adorauit in terra dominum. protulitque vasis
argenteis et aureis ac vestibus dedit ea
rebecce. pretiosa munera fratribus quoque eius et ma
tri dona obtulit. Intuitu muneris. uelere
tes parte. habentes manserunt ibi.
Surgens autem mane locutus est puer. Di
mittite me ut vadam ad dominum meum.
Respondit frater eius et mater. Maneat sal
tem puella. x. dies apud nos. et postea
proficiscetur. Noluit aut me retinere. di
cens. Dominus direxit viam meam. Dimit
tite me ut pergam ad dominum meum. Et dixe
runt. Vocemus puellam et quaramus
ipsius voluntatem. Cumque vocata
venisset. interrogati sunt. Vis ire cum ho
mine isto. Quae ait. Vadam. Dimiserunt
ergo eam et nutricem illius. simulque abra
ae comites eius imprecantes. prospera soro
ri suae. atque dicentes. soror nostra es. crescas
in mille milia. et possideat semen tuum
portas inimicorum suorum. Igitur rebecca et
puella eius ascensis cameris secuta est
virum. qui festinus festinabat ad dominum
suum. Eo tempore. Isaac deambulabat pro
ximum ad puteum cui nomen est. Videntis et
audientis. Habitabat enim
in terra australi. et egressus fuerat ad meditan
dum in agro. inclinata iam die. Cum
que elevasset oculos. vidit camelos ve
nientes. Porro Rebecca quoque aspecto
Isaac. descendit de camelo. et ait ad pu
erum. Quis est ille homo qui venit per agrum
in occursum nobis. Dixitque ei. Ipse est
dominus meus. At illa tollens cito
pallium. operuit se. Servus autem omnia quae
gesserat narrauit Isaac. Quem introi
duxit eam in tabernaculum sarae matris
suae. et accepit eam uxorem. et in tanti
dilexit eam. ut solatium quod sibi extinc
te matris acciderat. temperaret. XXV.
Abraham uero aliam duxit uxorem
nomine cethuram. Quae peperit ei
zamran. et iexan. et madian. et isbac
et suei. Iexan quoque genuit saba
et dadan. Filii dadan fuerunt assurim et la
tusim et loamim. At uero ex madian or
tus est epha. et opher. et enoch. et abida. et
eldaa. Omnes hi filii cethuae. Dedit
que abrahae cuncta quae possederat. Isa
ac filius autem eius abraham largius est
munera. et separauit eos a filio su
o. dum adhuc ipse viueret. ad plagam ori
entalem. Fuerunt autem dies vitae abrahae
centum. lxxv. anni. Et deficiens mortuus est in
senectute bona. plenus et satur
dierum. Congregatusque est ad populum suum. et sepe
lierunt eum isaac et ismahel filii sui
in spelunca duplici. quae sita est in agro
ephron filii sohar. et regione mam
bre. quem emerat a filiis heth. Ibi sepul
tus est ipse. et sara uxor eius. Et post obi
tum illius benedixit deus isaac filio
suo. qui habitabat iuxta puteum nomine
videntis et audientis. Haec sunt gene
rationes ismahel filii abrahae. quem pe
perit ei agar egyptia famula sarae. Et
haec nomina filiorum eius in vocabulis
et generationibus suis. Primogenitus is
mahelis nabaioth. Deinde cedar. et
abdeel. et mabsam. masma quoque et du
ma. et massa. et adad. et thema. et ietur.
et naphis. et cedma. Isti filii ismahel. et
haec nomina per castella. et oppida eo
rum. principes tribuum suarum. Et fuerunt an
ni vitae ismahelis. c. xxxx. et vii. defici
ensque mortuus est. et appositus est ad
populum suum. Habitauit autem a bevila usque
sur. quae respicit egyptum intrantibus
assyrios coram omnibus fratribus suis
obiit. Haec quoque sunt generationes
isaac filii abrahae. Abraham genuit
isaac. Cum esset annorum. xl. duxit
uxorem rebeccam. filiam bathuel syri
de mesopotamia. sororem laban. Deprecatusque est isaac dominum. pro uxore sua eo
quod esset sterilis. Cum exaudiuit eum. et dedit
conceptum rebeccae. Sed collidebantur intro
eius parvuli. Quae ait. Si sic mihi futurum
erat. quid necesse fuit concipere. Perrexitque